Lombard. in Jesaiam

Prologus magistri petri longobardi

Faties uectes de lignis sethim .v. ad continendas in ysaiam prophetam 7. f.1
tabulas in uno latere tabnaculi . et .v. alios in altero . et eidem num ad occidentalem plagam . ipsasque
tabulas deaurabis . et fundes eis anulos aureos . per quos uectes tabulas contineant . quos operies la
minis aureis . Cumque uectes qui tabulas in uno latere tabnaculi continent . .v. libri legales quorum mu
nimine ecclesia ab omni impulsione sustinetur . que nunc nomine tabnaculi censetur . quia dum in presenti ē
brus certat laboribus . et ea a domino pugnante in terris militiam gerit . Tabnaculum enim ipse belligeran
tium . et a patria exulantium . fidelem quoque num uectes ad occidentalem plagam . .v. prophetica uolumina . ysayas . Iheremias . Ezechiel . danihel . et liber .xii. prophetarum . isti quoque in altero latere eiusdem tabnaculi tabulas
continent . quia doctrinam predicatorum in ecclesia . stabili firmitate corroborant . et celestis sapientie claritate
deaurant . Tabule enim tabnaculi . deaurate perfulgent . cum doctores in ecclesia sua dicta propheticae
attestationis auctoritate confirmant . et anuli in tabulis aureis funduntur . cum in predicatione celes
tis beatitudinis claritas nobis in prophetis promissa declaratur . In anulo enim aureo celestis beatitudinis
claritas signatur . in quo nec principium nec finis . Tales uectes per anulos aureos tabulas continent . cum
libri legales et prophetici per promissionem regni celestis dulcia predicatoribus uerba nobis reddiderint . Sed uide quod
uectes laminis aureis operiri iubentur . Vectes lignei sunt lex et prophete iuxta litteram intellecti . sed la
minis aureis operiuntur . cum uerba diuine legis . que iuxta litteram forma uidentur . et ad confirmandam uitam
fidelium apta . spiritualis intellectus euangelica claritate fulgida esse monstrantur . Cum enim legimus diluuium impios de
leuisse . noe cum suis saluatum in archa esse . et similia . patet quia deus diligit iustitiam . et odio habet iniquitatem . pios
de temptatione eripit . et impios iusta dampnatione punit . Tales quoque lectio instar imputribilium uectium
tabnaculorum domini continet . quia mentes fidelium ab incursu temptationum premunit . Sed uectes laminis aureis
uestiuntur . cum litteralis intelligentia misticis plena esse ostenditur . et in legales institutiones et prophetarum elo
quia . sic scriptura nobis docet . non solum historie ueritatem in littera . sed secretiorem uitalia in spiritu requiramus . Inter omnia uetis legis ueteris scripta . excellit canticum ysaie . ipse enim uniuersa sacramenta domini continet . predicans de uir
gine natum emmanuelem . et signa eius et mirabilia . mortuumque ac sepultum . resurgentem ab inferis . et
saluatorem omnium annuntiat . Qui dum loquitur de phisica ethica . et theologia . quicquid sancte scripture est
quod per humanam linguam proferre . mortalium sensus percipere . continet in libro ysaie . Unde ait ipse . Et erit uo
bis uisio omnium . sic uerba libri signati . quem nescienti litteras . id est gentili . legere non potuit . neque scienti litteras . id est
iudeus . quia scientia litterarum castitat . quia enim signatur . quia non recipit eum qui signauit pater . quia aperit et
nemo claudit . Sed in re uera de noster emmanuel incarnatione apud agitur . Unde in figura .iiii.
animalium . que ezechieli in uisione . uel iohi in apocalipsi ostensa sunt diuinitur . eandem formam te
nent .iiii. prophete . optinet ysaias quam matheus . inter .iiii. euangelistas . sub figura hominis . Siquidem daniel eandem
tenet figuram quam marcus . Iheremias eandem quam lucas . Ezechiel eandem quam iohannes . Isayas . Sed quamuis
de resurrectione et passione agat et ascensione per quibus uituli et leonis uel aquile facies posset tenere
tamen de temporali christi natiuitate precipue agit . Unde ei figura hominis attribuitur . et quia enim domini aduentum in
ecclesia frequentatur . fuit autem uir nobilis . et urbane eloquentie . nichil in eloquio rusticitatis habens
quin tamen propheta dicendus . quam euangelista . ita enim liquide christi et ecclesie sacramenta prosequitur . ut potius putetur de preteritis
historiam texere . quam futura narrare . Sicque exponatur ut non solum propheta . sed in euangelista fuisse ap
pareat . quia quidem fuisse ex uerbis suis comprehendi potest . quia de se et aliis euangelistis sic ait . Quam speciosi pe
des euangelizantium . pacem et bona . et hoc ad ipsum . qui ad apostolum dominus loquens ait . Quem mittam . Et ipse . Ec
ce ego mitte me . prophetauit autem in iherusalem et in iudea . nondum .x. tribubus captiuatis . et de utroque
regno .x. scilicet et duarum tribuum . nunc mixtim nunc separatim texuit oraculum . Et cum interdum ad presentem
respiciat historiam . et post babiloniam captiuitatem reditum populi significet in iudeam aduo

Margin: profecti — ligni — aut — uetes expon…

Cod A 94 (7)